

neutras partes secuti essent (sic Probus in comm. ad ecl. p. 6 Keil probabilis quam Servius, qui in praef. ad bucol. et ad Aen. scribit Cremonenses contra Augustum sensisse et perperam et ut sibi ipsi non constet haec trahit ad bellum Actiacum), 'hoc Augustus indignatus veteranis, quorum operam in bello habuerat, agros Cremonensium dividi iussit' (Probus l. c.). Quod evenit a. u. c. 713. Unde *colonia* deinde appellatur apud Plinium h. n. 3, 19, 130 et Tacitum hist. 3, 19, 32 et Ptolemaeum 3, 1, 31; rettulerimus ad eandem deductionem, non ad priorem, quod scribunt auctores gromatici (Frontinus p. 30, Hyginus p. 170 Lachm.) Cremonae centuriam significare agri modum solito maiorem, nimirum iugerum CCX. Ex veteranorum, numero tum Cremonam deductorum videtur esse miles de *legione* X *Vener(ia)* tituli Bagnolensis n. 4191 tribum habens Cremonensium. Cognomina coloniae nulla reperiuntur, quamquam Iuliam dictam fuisse non dubito; Concordiae cognomen perperam vulgo ei tribuunt propter titulum supra n. 977 male intellectum. Splendidam urbem (*πόλις ἐπιφάνης*) dicit Strabo 5, 1, 10 p. 216, locupletem et magnam (*εὐδαίμονα καὶ μεγάλην*) Plutarchus (Oth. 7), ditem Tacitus (h. 3, 32); quo item pertinet, quod Mantuani pueri studiorum causa Cremonam se confabant, ut fecit Vergilius (cf. vita Vergilii p. 55 Reiff.). Luculentissime vero coloniae opulentia appetit ex narratione Taciti historiarum libro tertio de eius excidio, postquam ibi Flaviani devicerunt Vitellianos a. p. Chr. 69; nam

obiter ibi commemorantur altissimae domus et moenia supergressae (c. 30), amoena extra urbem aedificia (c. 30), gravia auro templorum dona (c. 33), status ibi mercatus, qui magnam Italiae partem quotannis ibi congregaret (c. 30). Cf. Dio 65, 15: *ἡ πόλις καὶ μεγέθεστι καὶ καλλεστι οἰκοδομημάτων ἕσκητο*. Sed ipsae opes cladem Cremonane parabant direptae ab exercitu victore per quatrium et incensae, ut excepta una aede Mefitis ante moenia sita tota deflagraret (c. 33). Pace restituta rediit quidem, nt ait Tacitus (3, 34), *Cremonam reliquus populus et reposita sunt fora templaque magnificentia municipum* hortante Vespasiano; neque tamen antiqua opulentia videtur rediisse. Certe postea Cremona raro commemoratur et, quod maioris momenti est, titulos inde habemus et per paucos et in paucis his plures fortasse saeculi primi quam aetatis posterioris. — Magistratus non innotuerunt nisi *aediles* duo n. 4097 et *quaestores pecuniae publicae* n. 53. 977, si quidem recte hos duos titulos interpretamur. Cf. praeterea n. 4441. Tribum Cremonensium Anensem fuisse praeter nostras n. 4041. 4109 ostendunt militum aliorumque hominum inde oriundorum non pauci compositi apud Grotfendium in agro Rom. trib. discripto p. 49; Claudia tribus cum domo Cremona coniuncta in titulo n. 977 quomodo explicanda sit, ibi ostendere temptavi (cf. n. 4108). Item ad Cremonam pertinere videntur *sexviri Augustales* (n. 4096. 4132) et *collegium fabrum* (n. 4132).

**4091** trovate discosto da Cremona circa due mila passi LIGOR. (ms.); secundo a Cremona lapide quondam repertae atque inde Romam, postea Venetias translatae LIGORIUS APUD SMETIUM, similiterque FONTEIUS, omnino ex eodem Ligorio. Venetiis apud patriarcham Grimanius MANUTIUS. Tabulas iam extare Romae in museo cardinalis Barberini ad Maccii codicem 1, 230 adscripsit HOLSTENIUS.

*intus: tabella prior*

IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · F · DIVI · NER  
VAE · NEPOS · TRAIANVS · HADRIANVS · AVG  
PONT · MAX · TRIB · POT · XII · COS · III · P-P  
IIS · QVI · MILITAVER · IN · CLASSE · PR · MISENENSI  
5 QVAE · EST · SVB · IVLIO · FRONTONE · SEX · ET  
VIGINTI · STIPEND · EMERIT · DIMISSIS  
HON · MISS · QVOR · NOM · SVB · SCR · SVNT  
• •  
IPS · LIBER · POSTER · EOR · CIVITAT · DEDIT  
ET · CONVB · CVM · VXOR · QVAS · T · HABVISSENT  
10 CVM · EST · CIVIT · IS · DATA · AVT · SIQVI · CAELIBES  
ESSENT · CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISS.

*tabella posterior*

•  
DVM · TAXAT · SINGVL · SINGVLAS  
A D · XII · K · MART  
P · IVVENTIO · CELSO · II · Q · IVLIO · BALBO · COS  
a. 129 Febr. 18

15 EX · GREGALE

M · NVMISIO · SAIONIS · F · NOMASIO · CORSO VI  
NAC

4 MILITAVERVNT Man. — MISINENSI Font. — 5 FRONTINO Font. — 8 CIVITAT Man. Lig., CIVIT Smet. — 10 IS Lig., Is Smet., IIS Man. — 12 SINCVL SINCVLAS Man., SINGVLIS SINGVLAS Font. — 15 CRECALE Man. — 16 SALONIS Man. — F Man., om. Smet. Lig. Font. — VENAC Man.

*extrinsecus: tabella prior*

IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · F · DIVI  
NERVAE · NEPOS · TRAIANVS · HADRIANVS · AVG  
PONT · MAX · TRIB · POTEST · XII · COS · III · P-P  
IIS · QVI · MILITAVERVNT · IN · CLASSE · PRAETORIA  
5 MISENENSI · QVAE · EST · SVB · IVLIO · FRONTONE  
NE · SEX · ET · VIGINTI · STIPENDIS · EMERITIS  
DIMISSIS · HONESTA · MISSIONE · QVORVM  
NOMINA · SVB · SCRIPTA · SVNT · IPSIS · LIBER  
RIS · POSTERISQVE · EORVM · CIVITATEM · DE  
10 DIT · ET · CONVBIVM · CVM · VXORIBVS · QVAS  
TVNC · HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS  
• •  
IIS · DATA · AVT · SIQVI · CAELIBES · ESSENT  
CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM  
TAXAT · SINGVL · SINGVLAS  
15 A D · XII · K · MART  
P · IVVENTIO · CELSO · II · Q · IVLIO · BALBO · COS  
EX · GREGALE  
M · NVMISIO · SAIONIS · F · NOMASIO · CORSO  
VIN · AC

20 DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA  
AENEA · QVAE · FIXA · EST · ROMAE · IN · MVRO · POST  
TEMPLVM · DIVI · AVG · AD · MINERVAM

*tabella posterior*

TI · IVLI	VRBANI
C · CAESI	ROMANI
25 TI · CLAVDI	MENANDRI
C · VETTIENI	MODESTI
L · ATTEI	ATTEIANI
L · PVLLI	VERECVNDI
C · VETTIENI	HERMETIS

1 CAESAR Man. Lig. — 6 STIPENDIIS Lig. — 11 TVNC Man. Lig., TVM Smet. — 18 SALONIS Man. — 19 VENA · C · Man. — 23 TI · IVLI Man. (quod confirmat diploma Carnuntinum a. 113/4), C · IVLI Lig. Smet. Font. — 24 C · CAESI Man. Lig. Font., C · CELSI Smet. — 25 T · pro TI Font. — 27 ATTEIANI Man., ATTHANI Lig. Smet. Font.